

soluenda relinquens, ymo et quod
 est deterius tria meliora castra
 episcopatus, scilicet Homburch,
 Vicum et Rimbervillare in manibus
 predictorum dominorum posuit dum
 necessarius fuit, in magnum episco-
 patus detrimentum, eo quod templan-
 tes insolite burgenses de Vico exaccio-
 nare, videntes in hoc eorum resistan-
 ciam muros ad terram prostraverunt
 et totam villam destruxerunt, ymo
 in maiorem verecundiam cum ara-
 tro per stratas ville arare fecerunt.
 Sicque de isto episcopo dici potest
 quod dilexit maliciam super benigni-
 tatem. Sed scriptura dicit Sapientiae
 15.: malorum armatores digni sunt
 morte; unde acci dit, quod cum
 comite de Sabaudia bellum habuit,
 ubi Metensis episcopus miles factus
 est et eadem die ^(mortuus) interfectus. Unde
 bene dicit psalmista: Vidi impium
 super exaltatum et elevatum; et requi-
 tur: transivi et ecce non erat.
 Huius domini Heinrich temporibus
 anno Domini 1324 Metenses sta-
 tutum fecerunt, ut clerici et eccle-
 siarum rectores census vel redditus
 acquirerent; et quosdam compule-
 runt ponere extra manus post
 statutum acquisitos, ymo et plures
 clericos condemnaverunt ad penam
 pecuniariam, quia statutum non
 tenuerunt, ymo et eos proscripserunt.

9/sap. XV

6/Sabaudia con. m. r. Sabaudia

9/hic inserti superscribendo man. roc. ipse episcopus.

9/ps